



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

CXLIV. Ein Gesandter des deutschen Ordens in Livland bittet den Kaiser,
die Markgrafen Joachim und Johann, sowie den König von Polen, von einer
kriegerischen Unterstützung des Erzbischofs ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

CXLIV. Ein Gesandter des deutschen Ordens in Livland bittet den Kaiser, die Markgrafen Joachim und Johann, sowie den König von Polen, von einer kriegerischen Unterstützung des Erzbischofs abzuhalten, nebst der kaiserlichen Antwort, vom Jahre 1556.

Serenissime et Excellentissime Princeps, Domine Clementissime. Qua causa Illustris Princeps Dominus Henricus de Galen, Ordinis Theutonici in Livonia Magister, et Dominus Guilielmus Furstenberg Illustritatis sue Coadiutor, Domini mei Clementissimi, bellum Reverendissimo Domino Archiepiscopo intulerint, ita Regia Maestas Vestra accipiat velim. Posteaquam Domini mei, tum ex Literis ad Illustrum Dominum in Prussia Ducem scriptis, tum ex aliis certissimis argumentis atque signis intellexissent, Reverendissimum Dominum Archiepiscopum cum Duce Prussiae omnes vias persequi, quibus Livonicam Provinciam, in medium omnium rerum certamen atque discrimen adducere, illique everfionem inferre posset, maxime qui Regiam Maestatem Poloniae et Marchiones Brandenburgenses vehementer instigare ab eis flagitare solebat, ut illorum opera atque studio cogitata institutaque persequi propositumque suum et susceptum consilium perficere posset. Et quamvis Principes mei de Regia Maestate Poloniae hoc sibi sedulo persuadeant, illam pro ea, qua est predata eximia virtute et singulari pietate, non se iis distineri et impeditam teneri passuram, aut forte belli studio et cupiditate adductam, cum Archiepiscopo et Duce Prussiae facturam, sed potius ut Pacta et Foedera inter suum Regnum et illam Provinciam a Maioribus suis Regibus Poloniae et Magistris Livoniae Religione iurifurandi sancita serventur elaboraturam, tamen si forte declinabit a proposito deflectetque, Sententiam petunt a Regia Maestate Vestra, admonere eam velit, ne se iis rebus controversis ad nullam partem utilibus inferat, siquidem hoc non tam Livoniae, quam aliarum Germaniae Provinciarum periculo et detrimento esse dubium est nemini, maxime qua capta reliquas quoque expugnari atque invadi certum est; arbitrantur enim Principes mei, eo. illam audaciam suo Regni sui nomine indignum ac iniquum iudicaturam, ut bellum contra illas suscipiat, aut auxilium et opem Reverendo Domino Archiepiscopo ferat. Petunt etiam Principes mei a Regia Maestate Vestra ad Illustris Principes Joachimum et Joannem, Fratres, Marchiones Brandenburgenses de non mittendo Archiepiscopo milite et exercitu scribat eisdemque hortetur, ut missum et collectum revocent atque dimittant, qui si aliter facere neque monitis aut dicto Regie Maestatis Vestre obedire voluerint, necesse est tandem Principes meos atque Status et Ordines Livonicos ad sui propugnationem, defensionemque concurrere, iudiciumque de hoc Regie Vestre et Cesaree Maestatis, quantumcunque illud fuerit, subire. Omnibus precibus item Principes mei a Regia Maestate Vestra contendunt, ut Joachimo et Joanne, militem et exercitum colligente, non ipsa eum in ditionibus suis ex hominibus sue potestatis colligi patiatur, quod vicissim Principes mei omni genere studiorum officiorumque referre Regie Maestati Vestre curabunt.

Regie Maestatis Vestre

Deditissimus

Georgius Siberk de Wisburg.

Resolutio.

Quod attinet turbulentissimas illas et maximas, que hoc formidolosissimo tempore in Livonia existunt, periculi tempestates, eas Sacra Regia Romanorum Maestas magno et incredibili dolore

accepit, maximeque propterea fit sollicita, iisque communibus miseris precipuo quodam moerore angatur, nihil aliud, quam pacem, concordiam et hominum ad quietem atque tranquillitatem erectiores animos in universo Christiano Orbe expetens. Quamobrem Sacra eius Regia Maiestas peramanter Magistrum, aliosque Livonicos Status hortatur et monet, ut iis omnibus ante oculos positis, dissensionibusque illis et motibus res Christianas perturbantibus, ad clademque magis et perniciem, quam ad salutem Patrie spectantibus precautos et provisos esse vellent, de omnibusque iure potius, quam armis experirentur, nolens illis in hoc opera, consilioque suo deesse, proptereaque ad Sacram Regiam Poloniae Maiestatem et Marchionem Brandenburgensem scripsisse, ne se rebus tam periculosis et funestis, quoquomodo iniicerent, sed potius vias omnes persequerentur, quibus ee pacari et fedari possent, ut ita oppresse et inclinate Reipublice Romanae, que iam multos annos affiduis bellis et variis calamitatibus et prostrata et afflicta jacet, propemodum consuletur.

Nach Dogiel, Cod. Pol. V, 198.

CXLV. Herzog Heinrich von Braunschweig quittirt den Kurfürsten Joachim über die Hälfte der seiner an den Herzog Julius vermählten Tochter Hedwig mitgegebenen Ehegelder, am 2. März 1561.

Von Gotts gnaden wir Heinrich der Junger, Hertzog zu Braunschweig vnd Luneburg etc., Bekennen hiemit vnd thun kundt offentlich mit diesem brieffe vor allermenniglich, Das vns der Hochgeborner furst, vnser freuntlicher lieber herr Oheim, Schwager, Bruder vnd Genatter, Herr Joachim, Marggraf zu Brandenburg, des heiligen Romischen Reichs Ertz-Cammerer vnd Churfurst etc., zehentausend gulden Reichsmischer muntz, als die helfte des Heirath gelts, welchs sein Lieb dem Hochgebornen Fursten, vnsrem freuntlichen lieben Sohne, herrn Juliussen, hertzogen zu Braunschweig vnd Lüneburg etc., mit seiner Liebden Tochter, der hochgebornen Fürstin, Frawen Hedwigen, gebornen Marggrefin zu Brandenburg etc., hertzogin zu Braunschweig vnd Lüneburg etc., vnserer freuntlichen lieben Tochter, Muhemen vnd Schwester, laut des heiraths brieff versprochen, zugefagt vnd verschrieben, mit aller Fürstlichen ausfertigung, so Irer Liebden als einer Marggrefinen zu Brandenburg woll gebürth, als die helfte desselben heirath gelds an gutten, gemeinen vnd wolgeltenden thalern, jeden thaler vor vier vnd zwanzig Silbergroschen vnd jeden gulden Reichsmischer zu ein vnd zwanzig Silbergroschen gerechnet, zu freundschaftlichem danck vergnüget, außgericht vnd bezalt hatt, Dieselbige freuntliche bezalung angeregter zehentausent gulden obbestimpter werung, als die helfte der zwanzig tausent gulden heirath gelts wir zur gnüge freuntlichem Dancke vnd gefallen angenommen vnd ferner in vnser vnd vnser furstenthumbs mercklichen nutz vnd fromen gewant haben. Sagen demnach hiemit gegenwertiglich fur vns, vnser erben vnd erbnehmen obgenanten vnsern herrn Oheimen, Schwagern, Brudern vnd gefattern, den Churfursten zu Brandenburg, seiner Liebden erben vnd nachkommen, Marggrafen zu Brandenburg, derselben beschehenen bezalung der zehentausent gulden Reichsmischer werung, als des halben theils obbeschriebener Zwanzigtausent gulden heiratgelts